

ex eis, qui voluerint, et commode potuerint eis intendere, ea exsequendi et implendi per omnia liberam et plenariam habeant potestatem, et generaliter omnia et singula faciendi, que veri et legitimi exsequtores facere possunt et debent in premissis, et circa quodlibet premissorum, Per hoc autem testamentum meum, reuoco, casso, irrito, adnichilo, et euacuo, quecunque per me prius disposita, facta, seu eciam condita testamenta, volens istud testamentum meum, valere iure ordinacionis et expressionis mee finalis et vltime voluntatis, Donacioni autem per me de dicta curia Nanætunir ecclesie vpsalensi facte firmarij wlgariter dicti fastar, in placito seu pretorio puplico vpsalie per me adhibiti et assignati, sunt qui subscribuntur, videlicet, Thiægnerus filius thidrici, Botolphus pætaron, Johannes væsand, Lidmundus, Nicolaus bryggiare, Engilbertus sartor, vædscellus frater Ioduici, Johannes bildinbek, Olaus frater aasgoti, Gotica sutor, kætihuastus mule, Nicolaus jacopson, Laurencius brun, Johannes de granbergom, Siggo gener domini kanuti, Jngolphus de brunnum, Jouar de berby, holmuastus de hialmastum, Jacobus de Malmum, Andreas de hildingi, Jngiuastus in sæfhiom, Jarlerus de juristum, Jouar de haghe, Qui eciam testes in testimonium specialiter uocati, et a me rogati sunt in testificacionem veritatis, ad euidenciam, robur, et pleniorum certitudinem tocius testamenti mei prescripti per me facti, In cuius rei testimonium sigillum meum appositum est presentibus, et sigillum Reuerendi patris, domini Nicolai diuina miseracione archiepiscopi vpsalensis, et honorabilis viri, Magistri andree, et sigilla gardiani et Conuentus fratrum minorum vpsalie instanter peto apponi, Insuper eciam rogo karissimum fratrem meum, Dominum Magnum, et alios heredes meos, ut huic ordinacioni mee uoluntatis extreme, siue Testamento meo suum beneuolum velint adhibere consensum, et in euidenciam consensus ipsorum adhibiti dignentur presentem litteram sigillorum suorum appositione roborare, Actum et datum vpsalie, in puplico placito, Anno dicto, et kalendis prenotatis.

Sigillen N:o 1, 5, 8, 9, 10, 11, 13 nästan oskadade; en del af de öfriga remsorna qvar.

1340.

1301 d. 14 Maj.

Konung BIRGERS förordnande för Uplands Lagmannen Birger Persson, att afgöra tvisten mellan Håtuna kyrka och Junker Waldemar, Grefve Gerhards af Holsten son, om dennes möderne gods, medelst gränsernas bestämmande mellan kyrkans och Junkerns gods.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, BIRGERUS dei gracia sweorum gothorumque rex, salutem in domino sempiternam, accedens ad presenciam

*Sv. Diplom. II.*

44

nostram dilectus consanguineus noster domicellus waldemarus filius domini gerardi comitis holzacie conquestus est coram nobis quod bona sua et possessiones que post matrem suam in hattunum jure hereditario acquisiuit a quibusdam occupantur minus iuste, Nos vero nullius ius in aliquo diminuerе volentes sed iusticiam prosequi potius ut tenemur, taliter inter ecclesiam ibidem et ipsum domicellum duximus ordinandum, quod eadem ecclesia bona et possessiones, que sibi debentur habeat libereque possideat discretis terminis certisque limitibus vulgariter dictis fiællaland antiquitus habitis et servatis jure ipsius domicelli in nullo penitus diminuto, prout dilectus patruelis noster dominus waldemarus quondam rex easdem possessiones post matrem suam acquisiuisse dinoscitur et postmodum pacifice possedissee, Hoc autem arbitrio domini birgeri legiferi vplandie et aliorum discretorum quos secum ad hoc deputaverit, relinquimus per ipsos sine debito terminandum, sicut coram deo et nobis voluerint respondere, Datum anno domini .M°.CCC° primo dominica proxima post assensionem domini.

På frånsidan: actoritas Regia commissa domino birgero pæterson diuidendi predia in hattunum inter ecclesiam ipsam & filium comitis gerardj.

Sigillet bortfallet från den ur brevet klippta remsan.

1341.

1301 d. 25 Juni.

Fanö.

FOLKE JONSSONS förklaring, att han till Ärkebiskopen och Upsala domkyrka afstått den för lånfången spannemål pantsatta fastigheten i Telge, så väl sin egen, som hans broders, Peter Magnussons andel, hvilken sednare han lofvar med annan jord ersätta.

B. 2: 28.

Omnibus presentes litteras inspecturis FULCO JONSSON, salutem in domino sempiternam, Notum facio per presentes, quod terram in telgium quam venerabili patri domino vpsalensi et eius ecclesie pro decem lestis annone, valentibus tunc quinquaginta marcis denariorum inpigneravi, et tempore debito non resolui, et ideo legittime deuoluta est ad ecclesiam vpsalensem eadem ecclesie iterato libere pleno iure assigno tam eam que mea erat quam eciam illam de beneplacito domini magni gregorii que erat karissimi fratris mej petri magnusson, promittens me dicto fratri meo petro equiualem terram secundum placitum et arbitrium domini M. predicti redditurum In cuius rei robur et euidenciam sigillum meum presentibus est appensum et sigillum predicti domini magni in euidenciam sui consensus peto presentibus apponi. Datum fanø anno domini M°CCC° primo. in crastino beati iohannis baptiste.